tis ṽbis conatus ē reddere ratiōe ꝗobre ablatiuis hoꝝ ꝓnoīum femininis potius q̄ gtīs utamur: & acute qdē multe dixerūt nec tñ̄ accidit ueritatē q̄ ī ꝓmptu & q̄si ad manus erat: qd̄ nō ē magnope mirādū qppe nō oīa possum9 oms: & ut poeta inqt: qñq bonus dormitat Homerus: uera aūt & apta eius rei ratio nō ē: qꝛ ītereſt cōponitur ex in et re et eſt: refert aūt ex res & fert nihil. n. aliud intereſt q̄ in re eſt: & nihil aliud ē refert: q̄ res fert. nōpoterat itaq aliter q̄ hoc modo dici: in mea re eſt in tua sua noſtra & ueſtra eſt. Item res mea refert & tua sua noſtra & ueſtra res fert: & in re Platonis seu Ciceronis eſt. Et Platonis seu Ciceronis res fert: & ſimiliter ſi cum pronomine nomen ipsū ponere uolumus mea platonis intereſt. i. in re mea platonis ē: tua Pirrhi refert. i. res tua Pirrhi fert & in cuia ſiue cuius res eſt: ut cui9 ſiue cuiumpecus eſt dicim9 Cu itaq dicimus intereſt mea intereſt Ciceronis idem ē ac ſi diceremus in re mea eſt: ī re Ciceronis eſt: res mea fert: res Ciceronis fert inter eſt poteſt eſſe impersonale & personale: Impersonale qñ hēt gtm̄ & infinitū ſicut ſupradictm̄ ē Personale ṽo ſi āte ſe habeat ntm̄. ut ſermo tuus intereſt noſtra: Et qd mea intereſt quātūlib ſcribas: cuius ſenſus eſt quid ad re meā ptinet & quid intereſſe meū eſt ut iuriſconſulti loquūt

Significat ēt aliqñ prẹſentiā: ut tu ĩterfuiſti nuptiis meis: aliqñ diſtātiaʒ ut ex hoc loco ad pretorium duo paſſuũ milia interſunt: Itē differētiaʒ ut multũ ĩtereſt bene an male qs agat .i. mag^a differētia ē. Inueĩmus quoqʒ aliqñ parui & magni intereſt uel refert: Itē prudēs ĩtereſt a ſtulto Terentius in adelphis: Hoc pr̄ hoc dñs intereſt Eodē modo poſſum9 dicere: hoc nõ refert mea non refert ſocratiſ: hoc eſt non fert res mea: nõ fert res Socratis ideſt non pertinet ad utilitatē meam & Socratis. Horatius refert cum datiuo iũxit: ut dic qd referat intra naturẹ fines uiuēti

q Vẹ ſunt v̄ba ĩpſonalia ſecũdi ordĩs: q̄ exigũt dtm̄ añ ſe: & poſt ſe ĩfinitũ: ut mihi contingit legere.

Accidit	bat	dit	
Contingit	bat	dit	
Euenit	bat	nit	p aduenire & p accadere
Conuenit	bat	nit	
Competit	bat	uit	per conuenire
Placet	bat	uit	
Libet	bat	uit	per piacere
Licet	bat	uit	per eſſer lecito
Expedit	bat	uit	per eſſer utile
Liquet	bat	uit	
Patet	bat	uit	
Conſtat	bat	tit	p eſſer manifeſto
Vacat	bat	uit	p ha v̄ tpo o cõmodita

Sufficit bat cit per baſtare
Hęc oĩa uerba & alia his ſimilia ſi ntm̃ & dtm̃ hñt perſonalia ſunt & declinãtur p numeros & perſonas: ſi infinitũ & dtm̃ imperſonalia. Notã dũ aũt ẽ ꝙ dicim9 recte placet mihi me eſſe largũ. & placet mihi eſſe largus. qui modus loq̃n-di reperit̃ ẽt cũ aliis uerbis. ut pꝛ̃to tę eſſe bonuſ amicus. Lucanus in decimo. Tutũq3 putauit ia3 bonus eſſe ſocer. & Ouidius q prȩcor eſſe tuus. & Terẽtius Hei mihi pr̃ eſſe diſce abhis q uera ſciũt. ide3 quę ſeſe inhoneſte optauit parare hic diuitias q̃ in patria paup uiuere. Hic modus lo-quẽdi ẽ gręco fluxit. apud quos frequentiſſimus eſt. ut in ſacris litteris. Popule meus quid feci tibi. aut qd moleſtus fui. reſpõde. Et attendite po pule meus legẽ meam. Et Virgilius. Natę uires mea magna potẽtia ſolus. Nam hęc niſi a gręco traherẽtur. diceretur popule mi. uel p ntm̃ cum ꝓnomine ſic. tu popule meus reſponde mihi & ſub intelligitur ens. ut defẽde me tu dñs hoc ẽ tu ens dominus. Adiuua me optĩe uir. Et adiu-ua me tu optimus uir. i. ens optimus uir.

q Vę ſunt ṽba imperſonalia tertii ordinis?

Quę actm̃ exigũt & ĩfinitũ: ut me iuuat legere. te oportet diſcere. mulierẽ decet ẽẽ pudicã
Iuuat bat uit per giouare
Oportet bat uit per biſognare

Decet bat uit per conuenirse
Delectat bat uit per dilectare
Hęc uerba si ntm̄ et accusatiuū; hn̄t personalia sunt.ut cōsuetudo tua ꝺlectat me. quāq̄ dicatur etiá ego delector consuetudine tua.Si uero habent accusatiuum & infinitum ĩpersonalia sunt Oportet non inuenitur in usu nisi impersonale Decet apud Terētiū et Plautum sępe cum datiuo reperitur.ut nobis decet esse bonis.

q Vę sunt uerba ĩpersonalia quarti ordĩs?

Quę ante se accusatiuū; habent personę patientis.et post se infinitum uel genitiuum psonę agentis.ut me miseret calamitatis humanę.

Poenitet bat uit
Piget bat uit per pentersi
Pudet bat uit per uergognarsi
Miseret bat tū ē uelfuit per hauere misericordia

Tedet facit pręteritum pertesum ē uel fuit.repitur tamen teduit perteduit disteduit. Miserescit reperitur huius ordinis ut Terentius. Atq; inopis te miserescat mei.et Virg.His lachrimis uitam damus et miserescimus ultro. Pudet cuius oppositū est depudet aliquando personale reperitur.ut Terētius.Quid ille fecit quē neq; pudet qcquá neq; metuit quēquá.Et idem Hei mihi nō te hęc pudēt.Repit̃ ēt cū dtō ut pudet mi

hi certare: Silius: Quis pudeat certare senes. Piget quoq; psonale repitur: Terētius ne plus minus ue faxit qđ nos postea pigeat. Pudet & pigeat quō differūt? Pudet ad decus refertur unde pudor. Piget ad dolorē animi. Terētius Fratris me qdē pudet pigetq; hoc ē uerecūdor & doleo

q Vę sunt ūba īpersonalia qnti ordīs? Quę si infinitiuis uerborum personalium iungun tur personalia sunt: si uero infinitiuis impsonaliū īpersonalia: ut institutū uitę tuę incipit mihi placere: & incipit me poenitere laboris mei.

Incipit	bat	pit	per cominciare
Desinit	bat	uit	per finire
Debet	bat	uit	per douere
Solet	bat	uit	per solere

Possunt etiā esse īpersonalia supradicta ūba qñ absolute hoc est cuz solo infinitiuo iūguntur: ut solet dilucescere: debet aduesperascere: incipit stari: desinit amari.

De infinitis

i Nfinita qr ita dicūtur? Quia non habent certos ac determinatos numeros & psonas. Infinita ūborum personaliuz si quē casum exigūt ante se duntaxat actm̄ exigunt: post se autē casum suorum uerborum: ut cupio te frui felicitate tua: Excipiuntur infinita quę copulare deberent similem casum. hęc. n. & a fronte et a tergo exigūt actm̄: ut qa tu es deformis miror: mi-

ror te esse deformẽ: Lector qa tu euadis pitus: te euadere peritũ lector: qa tu ĩcedis supbus doleo: doleo te incedere supbũ. Infinita uero ĩpersonalia & ãte & post casus suoꝝ uerboꝝ exigũt ut gaudeo tibi accidisse erudiri: letor te iuuari: uirtuti incũbere: doleo te nõ penitere uitioruꝫ. Animauertendũ ẽ ꝙ infinitiua pręsentis & ptĩ ĩpfcĩ tporis taꝫ psonaliũ q̃ ĩpsonaliũ aliqñ unuꝫ duntaxat casuꝫ ante se hoc ẽ casũ uerbi sui hñt nec alicui uerbo adherẽt: & tũc ponũtur ꝓ pręteritis impfectis ṽbis sui ĩdicatiui modi cuiuscũq; psonę & utriusq; numeri: ut Salustius Milites romani pculsi timore insolito arma capere: alii abdere pars territos cõfirmare ꝓ capiebãt abdebãt cõfirmabãt. Sic dicere possumus: nos tedeř illos pigere alios penitere: ꝓ nos tedebat illos pigebat alios poenitebat.

De Gerundiis

g Erundia hñt nõ solũ gtm̃ actm̃ & abltm̃: ut peritus colendi agꝛ legẽdo inter legendũ: sed secundũ peritiores alios ẽt casus: ꝓpterea uerba esse nõ possũt: sed qa cõstruũtur cum casibus uerboꝝ suoꝝ transitiue: ut causa colẽdi agꝛ: ueni ad colendũ agꝛ. nec nõia esse possũt unde qdaꝫ uerba esse putauerũt. Propterea Iuuenalis quasi uerbũ esset corripuit o finalẽ. pluririmus hic eger morif uigilãdo se illũ: cõtra Virgilius ꝓduxit: Frigidus in pratis cãtando rũpif

ãguis. Gerũdia q̃ ab actĩs fiũt & neutris & coĩbꝰ ꝑter ea q̃ a neutris absoluta fiũt tã actiã q̃ passiuã hẽre possũt significatiõe: ut mulier urit uidẽdo. i. dũ uidetur: & domus meritoria apta ẽ ad uidẽdũ. i. ut uideatur: & ego legẽdo disco. i. dũ lego. Qr gerũdia ꝑticipialia dicũtur: qa cũ nõ sint noĩa: & habeãt casus & gña ĩ utroq; numero: ꝓpter qȯ nec uerba sunt: merito participialia dicũtur quasi participiis similia sint. Gerundia quõ differũt a participiis: qa ipsa significant rei administratiõe sine tꝑore: Illa uero hoc ẽ participia tꝑs sine rei administrationẽ: ut tenet me occupatio iuris dicendi gerũdiũ ẽ: nec tꝑs significat futuꝝ: sed rei administrationẽ: hoc ẽ ĩiure dicẽdo. Rursus tenet me cura dotis numerãdę. i. q̃ numerãda ẽ: participiũ est futuri sine rei administratione significatum. In legendis libris: gerundium ne an participium est legendis: Vtrũq; põt esse: Na si dicam in legendis libris tꝑs consummo: gerũdium est: ac si diceretur in legẽdo libros. Si autẽ dixerim: in legendis libris deerit tibi tꝑs: Participiu est futuri: Hoc est dũ leges libros uel potius legentur a te libri. Nota qꝰ gerundia cum sociata sunt substantiuis: sẽper passiue accipiuntur: distincta uero actiue: & non nunquã passiue cum sine prepositione & sine genere in casu ablatiuo quasi absolute usur-

pantur: ut apud Virgiliũ: Vritq3 uidendo foemina: hoc est dum uidetur: Et cãtando rũpitur anguis hoc ẽ dũ cantatur. Item apud oratores: ut apud. M. Eurilium. Sed memoria excolendo sicut alia omnia augetur: hoc est dum excolitur. Illud etiam animauertendum est ꝙ gtũs singularis gerundii cu3 genitiuo plurali sine uicio copulatur. Liuius non eni3 uereor ne quis hęc me uestiri adhortandi causa magnifice loqui existimet: adhortandi enim singularis numeri est uestri pluralis. Item Cicero secundo de diuinatõe Dolebas tanta3 stoicos nostros epicureis irridẽdi sui facultate3 dedisse. Plautus in captiuis nominandi tibi istorum magis q̃ edundi copia.

De supinis uerborum

s Vpina quę pars orationis sunt: Secundu3 Quintilianũ sunt uerba participalia: sicut gerũdia a qbusda3 dicuntur nomina participialia: ideo non est dicendum ꝙ sint alicuius casus Primu3 supinum quod indocti putant esse accusatiui casus non differt a gerũdio nisi ꝙ supinũ nunq̃ fere est sine uerbo significante motu3 ad locum. ut eo & uenio. na3 illa do filiam nuptu3 do uenu3 siue uenum. do edes. spectatu3 admissi fuimus. latentem in se motum optinent. gerũdia non ita. alioquin ide3 significant ut uado uenatum & uado ad uenandum. Vltimu3 supinũ

non est ablatiui neq3 alterius casus neq3 iūgitur uerbo ut uenio lectu quēadmodū uulgus grāmaticorꝫ putat: nec iungitur cū adiectiuo nec regit casuꝫ nec regitur a uerbo nec aparticipio: sed a noīe tm̄ eoq3 adiectiuo nunq̄ īteruenīēte prępositione: ut miserabilis uisu.i.cum uidetur: Facil' uisu.i.ut uideatur uel facilis ad uidendū: Effabilis dictu.i.ut dicatur. Optimū factu.i.ut fiat. Difficile factu.i.difficile ad faciēdū. De Participio

q Vare inuentū ē participiū: Vt oratio breuior ac dilucidior sit: omissis relatiuis ad/ ṽbiis aut coniūctionibus q̄ alioquin in ipsa oratione ponerentur. Qūo: primo euitatur copula: dicimus enim legens disce ꝓ lege & disce. deī de relatiuū nom̄: ut homo currens mouetur: prę terea alie coniūctiones siue aduerbia: ṽba quo/ q3 & alie partes orationis: ut docente te pręceptore ac te nullā lectionē ꝑtermittente celeriter ac facile disces.i.si doceret te quotidie ꝓceptor ac tu nullā lectionē prętermitteres celeriter ac facile disceres. Iteꝫ cognitis bene principiis reliqua sine labore discuntur.i.postq̄ sunt bene co/ gnita principia. Iteꝫ uolēte discipulo discere parrum laborat magister.i.dū aut qn̄ uult discipulꝰ discere. Itē coenatū eo cubitum.i.postq̄ cenatꝰ sum eo cubitum. Iteꝫ interfecto patre iratus est filius.i.qa interfectus fuerat pater uel cum inter

fectus esset pr̄. Item mortuo hoīe ei9 tn̄ aīa uiuit .i. quāq̄ mortu9 sit homo. Itē uiuēte pōtifice pax erit ī italia .i. donec uiuerit pōtifex. Inuentū ē ēt participiū necessitatis causa: cū multa p partipi um dici possint q̄ aliter nō liceret p uerbū: ut mu lieres ornāt se ne uidentes hoīes eas derideant Nō .n. posset dici ne hoīes eas uideāt & rideant nā uident oīo eas hoīes. Quid interest inter pti cipia & noīa tēporalia? Noīa tēporalia nō signi ficant aliud nisi ipm tps per se: ut annus mensis dies: Participia uero actionem uel passionē aliq̄ diuerso fieri tpe demōstrāt nō tps per se. Quos casus exigunt participia? Quos & v̄ba qbus na scuntur Verbi grā: Ego dū īcūbo litteris nō de- sero negotia publica: ego īcūbens litteris nō de sero negotia publica: ego q amor a pręceptore meo: amo ipsum: ego a pręceptore meo amatus a mo ipsum: Participiū ī ans uel in ens pręsentis & pti īperfci tporis ē & descēdit a uerbo actio: ne utro: cōi: in significatōe actīa & deponēti: ut le- gēte elmaestro fa che tu attēda cō diligentia: le gēte magistro fac ut diligēter attēdas .i. qn̄ legit magister. Viuēte tuo padre īpara q̄to tu puoi: ui uente pr̄e tuo disce q̄tū potes .i. dū pr̄ tuus uiuit. Qn̄ ha male o uero muore lhūo allhora sicono sce la sanita & la uita. Egrotāte aut moriēte hoīe ualitudo aut uita cognoscitur. Glhuōi ch̄ hono

m

rano dio farãno bñ dogni tpo. Veneratẽs õum bñfaciẽt oĩ tpe Cõcio sia che ilmio maestro mi exorti & insegni ogni di. Certamte io debbo di uẽtare docto. Exortãte & erudiẽte me quotidie pręceptore debeo equidẽ fieri doctus. Quot modis trãseũt pticipia ĩ uiꝫ noĩs: qnqꝫ modis mutatione cõstructiois. amissione tporis. cõparatiõe cõpositione. & mutatione significati. Mutatiõe cõstructionis qñ cõstruũtur cũ alio casu q̃ eorũ uerba reqrãt. ut amãs uirtutẽ participiũ ẽ: amãs uirtutis nomen: Salustius alieni appetẽs sui ꝓfusus. Tporis amissione qñ nullũ significãt tps: ut amans. i. q amore captus ẽ: ut miseri sunt oms amantes. Itẽ doctus & eruditus: ut docti & eruditi hoĩes solẽt laudari. Cõparatiõe: ut amãtior amantissimus. Cõpositione: ut ĩnocẽs & ĩdoctus. Mutatione significati: ut amandus qñ significat non euꝫ qui amabitur: sed eum qui est dignus amari: Vt merito laudandus est Cicero. Quę mutatio etiaꝫ in participio actiui futuri aliqñ fit: Seneca de naturalibus questionibus: Nullam autẽ mentionem fecit cometaꝶ non prętermissurus Sed quid explorati apud illos comperisset: prętermissurus dixit pro eo quod est talis qui preter mitteret. Nec tempus significat: sed qualitatem hominis & animi uoluntatem. Si uero thema daretur in passiua significatione: in qua hoc par

ticipium presentis & preteriti imperfecti tempo ris non reperitur. aut resoluendum in uerbum quod reperitur aut passiua significatio thematis in actiuam conuertenda hoc modo. Leggendo si Virgilio dal maestro elsi impareria. Si legere tur a magistro Virgilius disceretur. Aut magistro legente Virgilium disceretur. ¶ In tus sus xus & uus participia sunt preteriti pfecti & plus quam perfecti temporis: Nascunturq; ab omnibus uerbis habentibus preteritum per suppleme̅tum: hoc est per Sum es est & participium: ut i̅ tesa lacagione le infirmita piu facilmente si cu rano. Intellecta causa morbi facilius curantur. Qn̄ in prima sara facto q̄sto tu co̅seguirai eldesi derio tuo. Hoc primo facto co̅seq̄ris desideriu̅ tuu̅. Accomodatur e̅t plerq; participiu̅ v̅bo cui adiu̅gitur: qd̄ i̅ expone̅dis facile aia̅duerti po̅t. Quando io tinsegno tu impari: Me docente tu discis. Quando io tinsegnauo tu imparaui: Me docente tu discebas. Quando io tinsegnero tu imparerai. Me docente tu disces. Quando sono facti efondamenti edifica. Iactis fundamentis edifica. Facti che saranno efondamenti edificherai. Iactis fundamentis edificato. Facti che fussino stati efondamenti haresti edificato Iactis fundamentis edificasses. Si autem de sit participium resoluatur in uerbum: aut ad

participiũ eiusdẽ tporis recurratur: licet ĩ alia significatione sicut supradcm̃ ẽ: ut Hauẽdoti io amato & seruito piu uolte tu douerresti ricordar tene. Hoc participiũ nõ reperitur ĩ actĩa significatiõe ĩ qua tema est sed ĩ passiua tm̃: Aut ergo resoluas sic ĩ uerbũ actiuu3 cũ ego te amauerim uel qñ ego te amaui. Aut recurras ad participiũ qð ĩ passiua significatiõe repit̃. i. te amato a me

A neutro uero. i. seruio qm̃ nullũ tale repitur pticipiũ resoluatur ĩ uerbũ. i. qm̃ ego tibi seruiui: uel cu3 ego tibi seruiueri3. Ricordãdomi io di q̃sto nõ haueria mai facto. Si ego huius memĩssẽ nunq̃ id fecisse3. In rus participiũ futuri descendit a uerbo actĩo: neutro: deponẽti: & cõi: ĩ significatõe actiua: Vt hauẽdo tu a nauigare ĩ asia & andare ĩ diuersi paesi dõde hai a tornare ricco fa cõ buono animo. Nauigaturus ĩ asia3: & pfecturus ĩ diuersas regiones: unde rediturus es diues id agas bono aĩo: Vtimur ẽt uerbo copulatiuo Sum es est cu3 ntõ eiusde3 participii: ut cum tu sis nauigaturus in asiam & pfecturus ĩ diuersas regiones. Hauendo tu a stare a uiterbo uiui a modo uiterbese. Cũ tu cõmoraturus sis Viterbii uiue moribus uiterbiẽsibus uel more uiterbiẽsiũ: Hauẽdo mio zio a caminare in frãcia: mila scia molte faccẽde: Profecturus patruus meus ĩ Galliã multa mihi negotia relinqt: Hauendomi

tu a essere scolare: & hauẽdoti io agiouare assai de impara uolẽtieri. Cũ tu sis mihi futurus disci pulus: ego vo tibi plurimũ ꝓfuturus: disce queso libẽter. Hauẽdo io a ĩsegnarti cõ diligentia non tardero. Cũ ego te siꝫ diligẽter erudíturus mini me cessabo. Io tho a dire alcune cose. Sũ tibi q̃daꝫ dicturus. Voi hauete audire. Vos estis audituri. Andrai ĩcõtro a tua madre che ha a tornare. Ito obuiã matri rediture. Vidi hũo che ha a morire. Vidi hoĩeꝫ morituꝝ. El tẽpo della uita cosi e da essere stimato quasi siamo ꝑ uiuere poco & assai Tp̃s uite ita mẽtiendũ est quasi & paruꝫ & diu uicturi simus. In dus participia nascũtur a passiuo tm̃ & cõmuni ĩ significatõe passiua: his aũt nõ utimur ĩ abltõ absolute: sed tãtũ cũ uerbo copulatiuo: unde pleꝝq3 nom̃ esse uiõtur. Hauẽdosi a leggere uirgilio dal maestro: & hauẽdo ad essere imparato da noi siuuole udirlo con diligentia. Cum legendus a pręceptore & a nobis discendus sit Virgilius: audiẽdus ẽ diligenter. Hauendosi audire da te molte cose sipotra eleggere le migliore & a quelle acostarsi. Cũ abs te audienda sint multa: eligenda erunt potiora illisq3 in herendũ. Hauendo costui ad esser tormentato & poi strangolato douerria temere Cum puniendus hic & postea strangulandus sit deberet formidare. Hauendo tu ad essere aiuta

to & fauorito dagli amici non temere. Cum tu ab amicis iuuandus: tibiq; amici fauturi sint ne timeas. Hauendosi ad imparare uirgilio: io use ria piu diligentia. Si ediscendus mihi esset uirgi lius: maiori uterer diligentia. Non si hauendo a perder tempo impara presto. Cũ non sit amittẽ dum tp̃s disce quãprimu;. Hauendo tu ĩ questo facto ad esserne lodato da chi ben uiue: attendi gli con diligentia. Cum tu in hac re laudãd9 sis a bene uiuentibus da operã diligenter. Sępe ẽt huic participio adiungimus dtĩm ꝑ abltõ. Vt ha uendo io trouato uno hũo elquale debbe essere amato & honorato da me Pẽso cñ parole shab bino a usare. Nactus hoĩe; mihi amandum co lendumq; cogito quibus uerbis utendum sit. Cñ side fare o dire: Quid faciẽdũ dicẽdũ ue est Nel riuoltare & leggere elibri molte cose sappa rano. In euoluẽdis atq; ꝑ legẽdis libris multa di scuntur. q̃q̃ hęc gerundia potius sunt q̃ participi a. Che cose se hãno da uoi ad intendere o uero ĩparare: Quę a uobis ĩtelligẽda aut discẽda sunt La lectione laquale de essere insegnata dalmae stro agliscolari e difficile. Lectio quã a magistro docendi sunt discipuli est difficilis. Caue dicas lectio docẽda sicut nec lectio docta discipuli .n. docẽtur nõ lectio. Similiter laueste spogliata a Pirrho e lunga. Vestis quã exutus ẽ pirrhus est

lõga:nõ.n.dicẽdũ eſſet: Veſtiſ exuta ſed pirrh9 exutus. Ab ĩperſonalibus fiunt ne participia? Minime niſi pteſus a tedet quo utitur Suetoni9 pteſus ignauiã ſuã3:nã3 pudendus:pigendus:carẽdus:dolẽdus:&ſimilia noĩa potius dicẽda ſũt uel participia abuſiua. Quę ſunt participia q̃ ĩ uoce paſſiua actiã3 ſignificatiõe3 hñt? Circũſpect9 q circũſpicit q̃ ſolemus appellare cõſpicuũ: conſideratus qui agenda conſiderat: q̃admodum ĩconſideratus qui nõ uidet quid agat:diſertus q bene diſſerit:cautus qui cauet hoc ẽ qui ſibi ſcit cauere:tutus qui tuetur:ut tutus portus qui tueť alios:ignotus aliq̃n qui ignorat:ut Quintilianus Siquis tamen erret ignotus: Argutus qui arguit hoc eſt inueſtigat.falſus qui fallit: ut Terentiu9 Cenſen ne aliquam cauſam fictã falſam ineptã ſalte3 potuiſſe proloqui? Aliquãdo etiam paſſiue ut idem Charine falſus es.i.deceptus. Contentus qui continet quod animo ſatiſfacit : non qui continetur:tacitus qui tacet hoc eſt taciturnus. Virgilius tamen paſſiue poſuit : Quis te magne Cato tacitum aut qs Coſſe relinquat? Profuſus qui profundit:Scitus qui ſciens eſt. Diſcretus q qualitates perſonarum & rerũ momenta diſcernit. Complacitus quod ab actiua uoce uenit ſicut fluxus & inueteratus & iuratus a iuro. Iuratos enim homines dicimuſ q iurarunt: & excre

tos edos apud Virgiliũ ab excresco ut exoletus ab exolere: qd̓ dum est substantiuum significat scortum masculum pręcipue iam adultum dũ ẽ adiectiuũ significat adultum: sed raro reperitur ut apud Plautuz. Reliqui domi exolẽtã uirginẽ adultus ab adolesco defectus qui deficit Martialis Dulcia defecta modulatur carmina lingua. Cantator cignus funeris ipse sui: Quintilianus Defecta labore senectus. Quę sunt participia q̃ in uoce actiua passiuã hñt significationẽ: Euidens negotium dicitur qd̓ uidetur aperte nõ ꝙ uidet. Indulgentior facies q̃ pulcra nõ quę aliis indulgeat sed cui alii ĩdulgeant: pręterea magnificentissimos ludos dicim9 quasi magnifice factos: & honorificẽtissimos q̃si honorifice factos. Aliqñ participia pręsentis tp̃oris ptm̃ tp̃s significãt: ut Cicero in Bruto cum e scicilia decedens Rhodũ uenissẽ: nõ. n. decedens uenerat Rhodũ: sed diu postq̃ discesserat qd̓ ideo accidit qa latini carẽt participio preteriti actiui: Vnde nõ recte diceretur cũ ex Scicilia ꝓficiscens Rhodum uenissem: sed deberet dici ex scicilia ꝓfectus. Participia pręsentis tp̃oris cũ substantiuãtur cuius generis sunt: Nentri ut accidens cõtigens antecedens consequens dicens conueniẽs pręsens continens apud rhetores ꝓ firmamẽto or̃oĩs. Participia q̃ substãtiuãtur & sunt mascu-

lini gñis q̃ sunt: Oriens occidens ꝓfluens ꝓ flumine & cõfluẽs quo duo flumina côueniũt. Participia q̃ cũ substãtiuãtur sunt foeminini gñis q̃ sunt: Cõtinens quę nõ est ĩsula: ut a Scicilia ad cõtinẽtẽ paꝝ intercapedinis est: animans ut Cicero ad quas se applicet sui gñis animãtes: non nunq̃ tñ hoc nom̃ in neutro genere repitur: sed magis in plurali: cõsonans littera ꝓ non uocali. Quod est participium qͦ a nullo originez habere uidetur: pregnans: Repetundarum & de pecuniis repetundis non habet alios casus: nescio participium ne an gerundiuz dici ōbeat: hęc accusatio ꝓprie cadit ĩ eos q in magistratibus prouincialibus aut ui aut dolo eripuerunt pecunias aut uasa pretiosa uestẽ frumẽtuz nauigia nũmos quę oĩa pecunie nomine cõprehenduntur: & cũ dicimus repetundaꝝ subintelligitur pecuniaꝝ: ideo aũt in hoc uerbo mutata est e in u ut differat ab illo qͦ dicitur ad res repetendas: ut sunt missi legati ad repetendas: q̃ñ principi: aut populo erepta sunt pecora: agri: homines: & similia.

De Nominibus uerbalibus

q Vod est nomen uerbale: Quod a uerbo deriuatur. Verbale masculinum desinẽs in or qũo formatur: ab ultimo supino mutata u in or: ut doctu doctor: auctu auctor. Verbale ĩ trix femininum qũo formatur: a uerbali mascu

lino mutata tor ĩ trix: nã q̃ in ſor deſinũt nõ fa-
ciũt ex ſe femininũ: prȩter tõſor qȯ facit tõtrix
aſſũpta t: unde fit diminutiuũ tõſtricula & ton-
ſtrina: & ab expulſor expultrix. Quẽ caſum exi
gũt uerbalia poſt ſe: Gtm̃: ut pſecutor maloruꝫ
& expultrix uitioꝝ. Verbalia in us uel in o qũo
formãtur: A ſupino addita ſ uel mutata u in io:
ut uiſus & uiſio. & exigũt poſt ſe gtm̃ & aliqñ du
os hoc ẽ tã pſonȩ uel rei agẽtis q̃ patiẽtis: ut uiſi
o rei multaꝝ reꝝ uiſio. n. & actiõeꝫ & paſſionẽ
ſignificare põt. Notãdũ tñ ꝙ uerbalia q̃ ueniũt
a uerbis primȩ cõiugatiõis poſitiõeꝫ ſupini hñti
bus ĩ itũ ul' ĩ ctũ prȩter legẽ cȩteroꝝ exeũt ĩ atio
non ĩ itio nec in ctio: Vero uetituꝫ uetatio non
uetitio: prȩſto prȩſtitum prȩſtatio non prȩſtitio:
Cubo cubituꝫ cubatio: domo domituꝫ domatio
ſono ſonituꝫ ſonatio: crepo crepitum crepatio:
tono tonituꝫ tonatio: licet dicamus ſonitus cre-
pitus tonitus: nõ ſonatuſ crepatus tonatus: frico
frictũ fricatio: & ita ĩ cȩteris. Sectio tñ crebrius
repitur q̃ ſecatio. lauo & poto qa ĩ otuꝫ hñt ſupi
nũ formãt uerbalia lotio & potio: lotor & potor
& lotiũ ꝑ urina prima tñ breui: Et qa aliqñ re-
peritur lauatuꝫ & potatũ fit lauatio & potatio la
uatorq; & potator. Iuuo a iutũ facit iutor ũde ad
iutor: a iuuatũ facit iuuatio: Ex cȩteris pauca ſũt
ṽbalia: ut a domitũ domitor ẽt domator: & ſec

tor a ſeco q ſignificat uēditorē & ſectio ipſa uē-
ditio. ¶ In men uerbalia qūo formātur: a ſecū-
da uerbi pſona: ut acuo acuis acumen: nuo nu-
is numen: doceo doces documen: moneo mo-
nes monimen. q̃ addita tū formātur ī tuꝫ uerba
lia. ut documētuꝫ & monimētuꝫ. ¶ In bilis uer
balia paſſiuā hn̄t ſignificatiōeꝫ & iungūtur dati
uo ut nec dictu effabilis ulli. Aliqn̄ ēt ſine caſu
ponuntur ut hęc eſt laudabilis. nihil eſt amabili
us uirtute. ¶ In ax etiaꝫ quędā uerbalia ſunt. ut
loquax dicax multorum uerborum mordax ra
pax fallax capax.

De Relatiuis.

q Vid eſt relatiuum: Quod refert aliquid precedens. Quotuplex eſt relatiuum: duplex relatiuū ſubſtātię. & relatiuum accidentis. Quod eſt relatiuum ſubſtantię: Quod refert antecedens ſubſtantiuum. ut qui quę quod is ſuus ipſe ille idem. & ſecunduꝫ aliquos alius alter reliquus & cętera cęterum. Quę ſunt relatiua accidentis: Quę referunt antecedens adiectiuum. ut qualis quātus quotus quotenus & quotuplex Qui quę quot tribus modis accipitur. relatiue ut ſum pius Aeneas raptos q ex hoſte penates claſſe ueho mecuꝫ. Interrogatiue. ut Sed uos qui tādem: quibus aut ueniſtis ab ortis: Item infinite ut neſcio quā rē agas. aut quē homineꝫ diligas. Quis et quid nunq̄ ponuntur relatiue. ſed uel ī

terrogatiue: ut quis tu: & qd agis: infinite: ut ne scio quis sis aut qd agas. Quis uel qui ponitur aliqñ ꝓ qualis: ut Terentius: Quis tibi uideor? & Virg. Qui iuuenes quantas ostentāt aspice uires Itē ꝓ q̃to: ut quo magis .i. q̃to magis. Item qui ponitur pro q̄uo aut ꝓꝑ quid: ut Terē. Qui istuc .i. q̄uo aut cur. Sui semper reciproce ponitur. Suus semper relatiue ponitur: ut pater amat filios suos. Is ea id ponitur relatiue: ut deus diligit bonos ego eum colo: & redditiē ut is q̃ deū colit est bonus. Ipse ipsa ipsū relatiue ponitur ī tertia persona: ut ego d̄ū colo: ipse benefacit boīs Demonstratiue quando ꝓ pronominib9 demō stratiuis discrete ponitur: ut ego ipse: tu ipse: ille ipse: Inuenitur etiam sine pronomine: ut Virg. Ipse remitto: & alibi: Quęq3 ipse miserrima uidi & quorum pars magna fui. Sic enim per discretionem quandā ꝓfertur: ut in sexto ęneidos. Ipse ratē conto subigit uelisq3 ministrat. quasi solus. Ille illa illud etiam figurate apponitur. ut Virg. Ille ego qui condam gracili modulatus auena: Et tu ne ille ęneas quem Dardanio Anchisę Alma uenus phrygii genuit simoentis ad undam? Non tamen discretionem significat ut ipse: sed potius relationem quandam: relatiue ponitur: ut ego deum colo et illū cupio uidere demōstratiē uides tu illum? relatiue: ut ille qui legit discit.

Alius alia aliud poītur relatiue: ut uideo petꝝ &
alio^9 hoīes licet. n. antecedens . i. petrus differat
ab aliis hoībus numero: cōuenit tn̄ specie q̄ ē hō
Itē discretiue: ut ego sū alius a te. i. quā tu: Itē
diuisiue: ut hoīū alii qescūt alii laborāt. Alter &
alius qūo differūt: Alter dicitur de duobus: ali9
uero de pluribus: sicut uter ex quo cōpoītur ueu
ter: duoꝝ tm̄ est interrogatiuū: qs uero plurium
Relatiua accidētis mlta sūt scōꝫ diu̾sa gn̄a acci
dētiuꝫ q̄ p noīa adiectīa significātur: adiectiuo-
ruꝫ. n. quedā significāt quātitatē: q̄dā qualitateꝫ
Adiectiuoꝝ q̄ significant quātitateꝫ alia signifi
cāt quātitatē cōtinuā: alia discretā. Que sunt ad
iectiua significātia quātitatē continuā: magnus:
paruus: longus: latus: altus: ꝓfund9. q̄ referūtur
p tātus & quātus: ut ego sūꝫ magn9 quātus es tu
uel ego sūꝫ magnus: & tātus es tu: Itē p taꝫ & q̄
dicimus: ut ego sum taꝫ magn9 q̄ tu. Ex his que
significāt q̄titatē discretā: alia significāt q̄titateꝫ
discretaꝫ absolutaꝫ: alia q̄titatē discretā ordīalē
Quātitatē discretā absolutā significant q̄ referū
tur p tot & quot. ut ego hēo decē talēta quot ha
bes tu uel ut tu. & sunt hec ¶ Ntō unus una unū
gtō uniuſ dtō uni actō unuꝫ unaꝫ unū utō o une
una unū abltō ab uno ab una ab uno. Et plr̄ ntō
uni une ūa gtō unoꝝ unaꝝ unoꝝ dtō unis actō
unos unas una utō o uni une una abltō ab unis.

¶ Pluraliter ntõ duo duę duo gtõ duoꝝ duarũ duoꝝ dtõ duobus actõ duos duas duo utõ o du o duę duo abltõ a duob9. ¶ Plr̃ ntõ hi & hę tres & hęc tria Genitiuo hoꝝ & haꝝ & hoꝝ trium Datiuo his tribus accusatiuo hos & has tres & hęc tria uocatiuo o tres & o tria ablatiuo ab his tribus. Quattuor usq3 ad cẽtũ ĩdeclinabilia sunt qnq3 sex septem octo nouẽ decẽ undecim duo-deciꝫ tredeciꝫ quattuordecim quindeciꝫ sexde cim decem & septẽ decẽ & octo uel duo deuigĩ ti decẽ & nouẽ uel unus de uiginti: Viginti un9 & uiginti duo & uiginti tres & uiginti quattuor & uiginti qnq3 & uiginti sex & uigĩti septẽ & ui ginti octo uel duo de triginta & nouem & uigin ti uel unus de triginta. Triginta unus triginta duo triginta tres & cetera. Quadraginta quinquagĩ-ta sexaginta septuaginta octoginta nonaginta Centum: centum & unus uel unus supra centũ: centum et duo uel duo supra centum: centum et decem uel decem supra centum: et cetera. Dugen ti dugentę dugenta trecenti tę ta quadringenti quingenti sexcenti septingenti octingenti nonĩ genti Mille. hęc duo milia horum duorum mili um his duobus milibus hęc duo milia o milia a milibus. Tria milia quattuor milia et reliqua. Vbi notandũ ꝙ nõ dicimus hi et hę milia ut q daꝫ putant: sed hęc milia qa ẽ nomen substanti

uum: nec dicere debemus duo milia hoĩes: sed duo milia hoĩuȝ: naȝ qͦd in sacris litteris legim9 xii. milia signati: si non est error hoc modo exponi debet: signati numero. xii. milia: hoc est q erant numero duodeciȝ milia. Quidã ideo inciderũt in hũc erroreȝ qa legimus duo milia pondo argenti. sed pondo geĩtiui casus est hoc loco non ntĩ. Mille aũt interdũ adiectiuũ est: et ideo dicere possumus mille hoĩes. interdũ substantiuũ et sic dicimus mille hoĩuȝ ut mille nũmum: nec possum9 dicere duo mille tria mille: sed duo milia tria milia: uł bis mille ter mille: ut bis cẽtũ ter centũ. Ouidius: annos Vixi bis centũ nã tertia uiuitur ętas. Ab his deriuantur aduerbia numeralia q̃ referuntur ꝑ totiens et quotiens. ut ego ter legi uirgilium quotiens tu uel ut tu.

¶ Semel bis ter quater quinquies sexies septies octies nouies decies ũdecies duodecies terdecies q̃tuordecies qndecies sexdecies decies septies decies octies ṏcies nouies: Vigeties semel et uigeties bis et uigeties ter et uigeties et c. Trigeties q̃drageties qnq̃geties sexageties septuageties octuageties nonageties. Pro quibus dicim9 uities trities quadragies quinquagies sexagies septuagies octuagies et octogies nonagies. Centies ducẽties trecẽties quadringẽties quingẽties sexcenties septingenties octingenties noningẽ

ties milies. Quãtitatẽ discretã ordinalẽ signifi
cant q̃ referũtur ꝑ totus & quotus ut ego sum se
cũdus quotus uel ut nõ fuisti tu. quotus qsq; est
quasi nemo. ea sunt hęc. Primus secũdus ter
ti9 quartus quintus sextus septimus octauus no
nus decimus undecimus duodecim9 tertiusde
cimus quartusdecimus q̃ntusdecimus sextusde
cimus septimusdecim9 octauusdecim9 uel duo
deuigesimus. nonusdecimus uel undeuigesim9
Vigesimus uigesimus primus et c̃. Trigesimus
quadragesimus quĩquagesimus sexagesim9 sep
tuagesimus octuagesimus nonagesimus Cente-
simus Ducẽtesimus trecẽtesimus quadringẽtesi
mus quĩgẽtesimus sexcẽtesimus septĩgẽtesimus
octingẽtesimus nonĩgẽtesimus millesimus. Nos
sumus ĩ anno salutis nostre millesimo quadrin
gẽtesimo septuagesimo quarto quarto idus ianu
arii. Alia sunt diuisiua ĩ pares numeros. q̃ quidã
dicũt referri ꝑ toteni & quoteni. q̃ noĩa legisse
me apud aliquẽ doctũ nõ memini. ut quoteni i-
tis? Terni. Sunt aũt hęc Singuli singule singu
la bini terni q̃terni quini seni septeni octeni no
ueni deni undeni duodeni ternideni quaterniõ
ni quinideni senideni denisepteni deniocteni õ
ninoueni uigeni trigeni q̃drageni quĩq̃geĩ sexa
geni septuageni octuageni nonageni cẽteni du
cẽteni uel duceni trecẽteni uel treceni q̃drĩgen

teni quingenteni sexcenteni septingēteni optin
gēteni nonīgēteni milleni. Ponūtur ne aliqñ bi
na ꝑ duo & terna ꝑ tria: Ponūtur quotiēs sub-
stātiua qbus iūgūtur: declinātur tm̄ ī plurali: ut
binas ternas denas litteras nō duas tres deceꝫ.
interdū tñ poetę ēt cū aliis substātiuis eodē mo
do usurpāt ut Virg. Bina manu lato crispās ha-
stilia ferro. Alia sunt q̄ ipsū numeꝝ p se sūptuꝫ
significāt: ut unitas binarius ternarius quaterna
rius qnarius senarius septenarius octenarius no
nenarius denarius undenarius duode & c. Vi-
genarius trigenarius q̄dragenarius qnquagena
rius sexagenarius septuagenarius octuagenariꝰ
nonagenarius cētenarius ducētenarius trecēte-
narius q̄ttuorcētenarius qngētenarius sexcēte-
narius septīgētenarius octīgētenarius nonīgēte
narius millenarius. ¶ Alia sunt q̄ significāt nu-
meꝝ annoꝝ: ut biēnis triēnis quadriēnis qnquē
nis sexēnis septēnis octēnis nouēnis decēnis: un
de fiūt substātiua biēniū triēniuꝫ quadriēniū qn
quēniū septēniuꝫ & decēniū. alia fere nō sunt ī
usu: nec repiuntur ut qdā ignari putāt totēnis &
quotēnis. ¶ Alia significāt q̄titateꝫ discretam
pōderis uel mēsurę: q̄ referūtur p totuplꝰ & quo
tuplus: & significāt q̄daꝫ sui excessuꝫ: ut cētuplo
maior est ager meus q̄ Socratis quotuplus non ē
tuus: & sunt hęc. Duplus pla pluꝫ: triplus quadru

plus quincuplus sexcuplus septuplus octuplus decuplus cẽtuplus ducẽtupl9 millecuplus. Alia sũt diuisiua seu multiplicatiua formę: & referũtur ꝑ totuplex & quotuplex: ut hẽo triplicẽ lanã & triplicẽ uestẽ.i.triũ gñeꝝ quotuplicez tu hẽs: aliqñ tñ ĩ ꝓprie ponũtur cũ dictioĩbus carẽtibus pluрали: ut triplex fumus domũ nr̃az egreditur hoc ẽ tres fumi: si ita dici põt: simplex duplex triplex quadruplex qncuplex sexcuplex septuplex octuplex nonuplex decuplex uigecuplex tricuplex q̃dragecuplex qnquagecuplex sexagecuplex septuagecuplex cẽtuplex millecuplex. Item duplex & triplex ꝓ duplicat9 & triplicat9 accipit: ũde fiũt ṽba duplico & triplico & a mľtiplex mľtiplico Relatiã q̃ ĩcipiũt a c uľ a q tribus mõis accipiũt Relatiue ut ego sum albus qualis es tu: magnus q̃tus es tu: sentinas cuias es tu. Interrogatiue ut qualis es tu? q̃tus es tu? quotũ annuz agis? quot nummos habes? Infinite ut nescio q̃t9 sis: cuias sis: ant cuia filia sit hęc puella. Relatiua quę incipiunt a c capiuntur relatiue copula mediãte: ut ego sum albus & talis es tu: ego sum magnus & tantus es Plato: Ego habeo multos discipulos & tot habet Socrates. Redditiue ut ego sum talis & tantus qualis & quantus est iste. Infinite quãdo sequitur cõiunctio et uel ut: ut ego sum talis & tãtus ut nõ egeã opa tua: Ego cupio talis esse

ut felix uidear. Repiuntur aliqua relatiua q̃ geĩ
nantur uel assumunt cunq3: ut quisquis quicunq3
quotquot quotcunq3 qualiscunq3 quantuscunq3
quę proprie posita uim habent ipsius relatiui sił
cum antecedente distributiuo: ut quisquis aut q
cunque legit discit. i. oĩs qui legit discit. Ponunt
etiam aliquando pro ipso relatiuo tantu3: ut de
us omnia quecunque uoluit fecit. Et pro distri-
butiuo tantum ut ego diligo quencunq3 hoĩem
idest omnem hominem. Ponuntur etiam infi-
nite: ut Virg. Quicquid erit supanda omnis for
tuna ferendo eit. Quis & qui cu3 quibus & qũo
componuntur: Siquis Enquis Nunquis Quispu
tas Aliquis Nequis Quilibet Quiuis. Assumunt
etiam sillabicam adiectionem nihil per se signi
ficantem: ut Quisq3 Quisnam Quidam Quispiã
& Quisquam Quecunq3. A relatiuis substantię
multa aduerbia deriuãtur: eisdẽ modis ponũtur
Temporalia ut a qui q̃ quod qñ. A pronoĩbus hic pro
tũc idest eo uel illo tpe. Ab ali9 alia aliud Alias
Localia ṽo ista: A qui quę quod: Quo Qua Vn
de Vbi Quorsum Quousque. Ab ille illa illud
pronomine aduerbia deriuantur: Illinc Illic Il-
luc Illorsum Illac uel Illa Illucusque. Ab is ea
id: Ibi ĩde Eorsũ Eo Ea Eousq3. Ab hic hęc hoc
Hic Hĩc Horsũ Huc Hac Hucusq3. Ab iste ista
istõ: Istĩc Istac uł ista istorsũ istic istuc istucusq3

Ab ali9 alia aliō. Alibi: alia: aliorsū: aliūō: alio: a liousq3. hic hęc hoc: iste ista istō: ille illa illō: qūo differūt: hic significat hoīe3 ul' rē ꝓximā loqnti Iste ꝓximā audiēti: ille remotā abutroq3 quēad modū & aduerbia eoꝝ. Hic significat locū ꝓxi mū loquenti uel scribēti: Istic locu3 ꝓximū audi enti uel ei ad que3 sermo aut littere diriguntur: Illic locum remotū ab utroq3: Iste tñ aliqñ poni tur ꝓ hic. Cicero cū isto tꝑore stēt cū gladiis ar mati: ille quoq3 nō nunq̄ ꝑ dignitatē q̄da3: atq3 eminētiā accipitur: īdicās esseqꝫ ōs nosse debeāt ut alexāder ille magnus Architas ille tarētinus. Is & hic qūo differūt: is spatio lōgiore accipitur hic uero ꝓpinqore: multis tñ ī locis cōfūtur: ut q prefert uirtutē diuitiis: hic sane prudēs est: uel is sane prudens est. Poetę tñ aliqñ capiūt ille ꝓ is: ut horatius: Qui didicit patrię quid debeat & quid amicis. Quo sit amore parens quo fr̄ amā dus & hospes. Qō sit conscripti qō iudicis offici u3: q̄ partes in bellū missi ducis: ille ꝑfecto redō re personę sit conuenientia cuiq3: Na3 qō in sa cris litteris legitur: nō qui se ipsu3 cōmēdat: sed quē deus cōmendat ille ꝓbatus est: equide3 nō probo. Relatiuum discordat ne aliqñ ab antece dente: discordat. In quibus accidentibus: In genere & numero: Qūo ī gn̄e: ut apud salustiū Est locus ī carcere quō tullianū appellat. Qūo ī

numero?ut ōs tenues atq3 huiles q̄ maxīa ī po-
pulo mltitudo ē:sibi pręsidiū paratum putat.

De Patronymicis.

q Vod ē nom̄ patronymicū?ē illō qȯ signi
cat filiū uel filiā nepotē uel neptē aut aliū
descēdētē.ꝓprie tñ a propriis noībus patꝝ deri
uātur.Quot sunt teriatiōes patronymicoꝝ?qua
tuor ī des uel ī as uel in is uel ī ne:ut hic priami
des:hoc ē filius priami:hęc priamis priamidos:
hoc est filia priami:hęc Pelias peliadis uel pelia
dos:hoc est filia pelei:hęc adrastine nerine acri
sione: hoc ē filia uł neptis adrasti nerei acrisei.
Patronymica cuius gñis?Foeminini pręter ea q̄
desinūt īdes.Patronymica cui9 ōcliatiōis sūt?
Quę desinūt ī des uel in ne sunt primę decliatō
nis:q̄ uero desinūt in es uel in is sunt tertię. Pa
tronymica qualia noīa sunt?substātiua ut pria-
mides Helene raptor causa fuit excidii troiani.
Quę noīa sunt q̄ interdū ꝓ patronymicis ponū
tur?Possessiua ut Iuno saturnia.i.Saturni filia:
& Scipio emilianus.i.emilii filius: Qūo formāt
patronymica? Patronymica feminina quę fiūt
a noībus primę declinatōnis formātur a gtō sin
gulari mutata e in des:ut Maia maie maiades:
Ilia ilię iliades:Aeneas ęneę ęneades: Hippotes
hippotę hippotides:Anchises anchisę ꝓprie an
chisides:q̄q̄ usus obtinuit ut āchisiades diceret

Butes butę butades Corinetes corinetę corine-
tades quãuis magis sit ĩ usu corinetides. Patro-
nymica masculĩa a noĩb9 secũdę declĩatõis for
mãtur a dtõ singulari addita des: ut priam9 pri
ami priamides: sed quę duplex i hñt ĩ gtõ muta
ta ultima ĩ a & addita des faciũt patronymicu3
ut antonius antonii antoniades Menetius me-
netii menetiades. Patronymica masculĩa a no
ĩbus tertię declinatioĩs formãtur a dtõ singula-
ri addita des: ut Nestor nestori nestorides An-
tenor antenori antenorides: licet poetę aliqñ ad
dãt a causa metri: ut ãphitrioniades & laertiaðs
dicũt ẽt deucalides ꝑ deucaloĩdes & scipiades
ꝑ scipioniaðs. Patronymica feminina a mascu
linis formãtur remota de: ut a priamiðs priamis
a dardanides dardanis: dixerũt tñ poetę athlã-
tides & phetõtiades ĩ plurali hoc ẽ athlãtias &
phetõtias ĩ singulari ꝑ athlantis & phetontis: a
peliades pelias ab ęneades eneis cũ deberet fie
ri ęneas. Multa tñ patronymica abusiue ꝓferũt
ut a Tideus titiðs a peleus pelides a ꝓmeteus ꝓ
metides a theseus thesides ab achilles achillei
des ab orpheus orphides a coroneus coroĩdes
penultima ꝓducta: Illiades filius illię romulus
recte formatur. Patronymica aliqñ sumũtur lo
co patrioꝝ noĩu3: ut romulidę. i. romani Thesi
dę. i. athenĩẽses: ęneidę. i. troiãi: Cecropidę athe

niẽses. Thimarchides ꝓpriũ ẽ: & thimarchios thimarchi filiꝰ. Pauca īueīuntur patronymica ī ne feminina: ut nereus nerinę Adrastus adrastinę Acrisiꝰ acrisione: ex quo acrisioneus. Vir. Acrisioneis danę fũdasse colonis: qȯ discit Priscianus esse possessiuũ ab acrisione: Seruius uero patronymicũ femininũ. Repiũtur patronymica ī ꝓprie formata & a noībus matꝝ: ut romulus iliades. i. ilię filius: & Maiades Mercurius. i. maię filius: & ab auis maternis ut athlãtiades. i. mercurius athlantis filię filius: & inachis. i. epaphus Iouis inachi filius: & a regibus ul' cõditoribus: ut cecropidę. i. atheniẽses: Ab ęnea ęneadę. i. troiani uel Romani. Itẽ a noīe frĩs. Virg. Tuuꝫ phetontiades musco circundat amare corticis. i. sorores phetontis.

De Comparatiuis.

C Omparatiuũ qȯ ẽ: Qȯ cũ intellectu positiui uel aliquo participe sensu positiui magis adṽbiũ significat: ut liberalior magis liberal' fortior magis fortis: & doctior magis doctus.

Comparatiua cuius generis: Communis pręter unum duntaxat quod est masculini senior.

Comparatiua quem casum exigunt post se: Nominatiuum cum q̃ uel abltm̃ sine q̃ cum alio ablatiuo significante excessum. & cuꝫ oībus casibus quos habere posset positiuum suum: ut hoc dolium est plenius olei illo uel quaꝫ illud tribus

digitis: uer℞ relatiua & negatiua semp̱ sine q̃ a-
bltõ iungũtur: ut nemo ẽ doctior platõe. Cõpa-
tiua unde formãtur? A noĩbus adiectiuis signifi
cãtibus accidens qḋ ĩcremẽtũ diminutõeꝫqꝫ su
scipiat: ut ab albo albior uel a uerbis ut a detero
deterior: qḋ uerbũ teste seruio minus bonum
significat nõ peiorẽ: Virg. Cum duo sunt apibus
reges alter℞ deteriorẽ hoc est minus bonum iu-
bet necari. Deterior q uisus eũ ne p̱digus ad sit
Dedeneci. Apotior hic & hęc potior & hoc po
tius a participiis quę tunc ĩ noĩe trãseũt ut amãs
amantior. A pręposítõibus siue aduerbiis: ut ex
tra exterior: ultra ulterior: q̃q̃ exter quoqꝫ noĩe
reperiatur. ut Virg. Fas extera querere regna.
Antiqui aliq̃ñ a p̱noĩbus & noĩbus p̱priis com
paratiua & superlatiua p̱tulere: ut ipse ipsior ip-
sissimus: Nero neronior neronissimus. Qũo for
mantur cõparatiua? A primo casu desinente ĩ i:
ut albus albi albior Fortis forti fortior. Quę sunt
cõparatiua anomala q̃ cõtra hãc regulã formã
tur? Bonus melior optim9: Malus peior pessim9
Magnus maior maximus: Paruus minor mini-
mus: Dexter dexterior dextimus. Sinixter sini-
sterior sinistimus. Senex senior sine superlatiuo
iuuenis iunior sine superlatiuo multũ plus ĩ nu
mero singulari gñis neutri in plurali oĩs.
A noĩbus quę hñt uocalẽ ante is uel ante us cõ

paratiua non formãtur:sed accipitur magis ad uerbium:& dicitur magis arduus magis tenuis magis pius quãuis tenuior apd ueteres reperitur & Iuuenalis egregius dixit pro egregium: Egregius cenat meliusq; miserrimus hor℞. Nequam cõmune trium gener℞ nequior format cõparatiuum & superlatiuū nequissimus. Ab aduerbiis siue prepositionibus in ra fiunt comparatiua in erior:ut extra exterior:intra interior:ultra ulterior:citra citerior:infra inferior supra superior: post posterior:ante anterior:prope propior a sepe cõparatiuum non inuenitur: Cato tñ superlatiuo usus est sepissima ; discordiam fuisse dicens pridem prior cuius superlatiuum est primus: cū geni iuo iungatur & ad plures sui generis cõparetur. Virg. Primus se danaum magna comitãte caterua: Androgeus offert nobis: Ergo prior de duobus primus uero de pluribus dicitur: Magnificentior magnificentissimus munificentior & mun f centissimus beneficentior & beneficẽtissimus: quanuis amagnificens munificẽs & beneficens ðriuari uideãtur. tñ hec in usu nõ sunt sed pro his utimur magnificus munificus beneficus. Cato de rege Ptolemeo dixit Optimo atq; beneficentissimo : & aptius magnificentissimo atq; excellentiss mo honore. Terentius in Phor Atqui munificentissimum. Comparatiuum sepe

ꝓ positio accipitur ut senior ꝓ senex: nō nūquā significat minus positio ut tristior & lachrymis oclos suffusa nitentes ꝓ subtristis. Et qn̄ ad contraria cōparatur minus positiuo significat: ut si dicā mare pōticū est dulcius q̄ cętera: hic ostēditur parꝝ aliqd dulcedinis hr̄e plusq̄ cętera. Comparatiua sępe numero diminutiuoꝝ formā accipiūt a neutris addita culus: ut maius maiuscul9 & regimen seruāt cōparatiuoꝝ Ter Thais quā ego maiuscula est. Magis aduerbiuꝫ nō solū positiuo sed ēt cōparatiuo aliqn̄ iūgitur: cuꝫ uel ad se uel ad aliū cōparatur: ut achilles fortior ęnea magis q̄ iustior: & Aiax ulixe fortior magis quā Diomede. Nota ꝙ q̄admodū dicimus ego sum fortior q̄ tu ī ntō casu: ita dicimus ēt ī obliqs: iudico te doctiorē q̄ illū: amo te magis q̄ illū inseruio tibi magis quā illi: īdigeo te uł tui magis quā illo uel illi9. Qn̄ comparatiuo iungitur multo uidetur plus significare quam superiatiuū: Cicero de officiis Vale igitur mi Cicero tibiq3 persuadō esse te qdem mihi carissimū: sed multo fore cariorē: si talib9 monumentis preceptisq3 lętaberē. Comparatio quotiens fit apud gręcos ad unum sui generis comparatiuo utuntur: quotiens uero ad plures sui generis superlatiuo. In quo nos cū illis conuenimus: & hoc ab eis factum est: ut sēsum comparatiui sensu superlatiui distinguerēt:

q utriq; hoc est cōparatiuo & suplatiuo gtm̄ tribuunt cum careant abltō. Apud nos uero illa ābiguitas non est: qui comparatiuo ablatiuū; damus siue ad unum siue ad plura diuersi generis referatur. Tamen illa gręcoꝝ ratio tanti est momenti: ut iam latini ad formam grece cōstructōnis imitati cōparatiuo gtm̄ addiderint: utiq; inter duo sic: Aiacū fortior fuit Thelamonius: & manuū; melior est dextera. Si tres fuissent aiaces nō fortior sed fortissim9 diceremus. sicut digitoꝝ medius est longissimus. Vnde non licet dicere Pirrhus est doctior sentinatibus. sed doctissimus sentinatū. Virg. Huic coniunx sicheus erat. ditissimus agri phenicū. & Horatius in sermonibus. O maior iuuenū inquit. ad duos eni; Pisones filios patremq; scribebat. Ouidius ī persona Medeę quę duos filios habuit. Cum minor est pueris iussus studioq; uidendi Constitis a geminę limina prima foris. & Cęsar incomētario decimo. in testamēto Ptolemei patris heredes erant scripti ex duobus filiis maior. hīc Cato maior & minor. Scipio maior & minor de duobus dicitur. de pluribꝰ uo Fabius maximus & Valerius maximus. Comparatiuum igr̄ inter duo ponitur. superlatiuum inter plura quod manifestissime ostendit Cicero cum ait in Pisonem. me ędilem priorem ꝑtorem primum. Quippe ędiles

duo tm̄ erāt: sicut duo censores & duo consules
cęteri aūt magistratus plus erāt. Nota hoc etiā
interesse ĩter cōparatiuū & suplatiuū q̄ dubitā
do uel ĩterrogādo cōparatiuo: utrꝝ dicamus sup
latiuo uero qd. cuiꝰ rei ratio ē ꝙ cōparatiuū de
duobus dicitur. suplatiuū de pluribus: Quĩtilia-
nus: ita nō tm̄ utrꝝ sit melius: sed qd sit optimuꝫ
quęrit: & Cicero utrꝝ potius aut quid potissimuꝫ
dicamus. Iungitur tñ qd ēt cū cōparatiuo: sed ĩ
ꝑprie: utrꝝ uero nunquā cum superlatiuo. Quot
mōis fit cōparatio? Quatuor aut ab una substāti
a ad aliā: ut ego sum maior te: aut ad se ipsaꝫ: ut
ego suꝫ ditior solito: uel ditior hodie q̄ heri: aut
ab uno accidēte ad aliud: & tūc sēp fere utimur
adv̄bio magis: ut ego sū magis fortis q̄ doctis: a
ut ab uno actu ad aliū. ut ego malo uitā q̄ mor-
tē. & magis lego quaꝫ disco. Quot modis nō po
test abltō iūgi cōparatiuū. Quinq; aut cū cōpa-
ratiū ad duos fit. tūc. n. eget gtō. ut duorꝝ fratrꝝ
maior est Marius. aut qñ nō inueĩtur abltūs. ut
dulcius ē mare pōticū q̄ cętera maria. Aut quā-
do inter ipsa adiectiua fit comparatio. ut ego sū
magis albus q̄ niger & nō nigro. uel cuꝫ inter ip
sa v̄ba fit cōparatio. ut plura audio q̄ credo. Vel
cū dictio a q̄ fit exceptio fuerit ĩ ntō. ut Diome-
des fuit fortiorꝰ q̄ troiani ōs ꝑter q̄ hector. cōiūc

tio.n.exceptiua copulare debet similes casus.
Quot modis nō pōt cōpatiuū reger̄ ntm̄ cū quā
Similiter quinq3 aut cū cōparatio fit inter duos
tunc.n.oīo requirit gtō:ut duoꝶ fratꝶ maior ē
marius:aut cū nō īuenitur ntūs:ut nihil est cru
delius nece:& nihil est ipsi se ipso carius:aut qn̄
cōparatiuuʒ est terminus cōparatiōis: ut uirtus
qua nihil est hoī melius:aut qn̄ ponitur cū dicti
one negatiua:ut nullo hoīe sis tardior:aut quā-
do dictio a qua fit exceptio fuerit in abltō:ut Di
omeđs fuit fortior oībus troianis p̄ter q̄ hectore

De superlatiuo

q Vod est nom̄ superlatiuū? Qđ ad plures
sui generis cōparatuʒ super ponitur oībus
uel p se ꝓlatū positiui intellectum habet cū ual
de aduerbio. Quot sunt terminationes suplatīo
ruʒ? Octo: duę freq̄ntissimę in rimus & in simus
& sex p rare in limus ximus timus remus simus
nimus. Superlatiua in rimus desinētia qūo for-
mantur? a positiuis in r desinentibus siue secun
dę siue tertię declinationis fuerint addita rimus
ut pulcher pulcherrimus: paup pauprimus. Ex-
cipiūtur dextimus & sinixtimus ꝓ dexterrimus
& sinisterrimus. ¶ Suplatiua in simus desinētia
qūo formantur? a gtīs secūdę declinationis ad-
dita s & simus: & a gtīs tertię addita simus: ut lo
cuples locupletis locupletissimus: Excipiūtur a

secũda q̃ sunt anomala bon9 optim9 malus pes
simus magnus maximus paruus minimus mul
tus plurimus. & q̃ a facio cõponũtur: ut magnifi
cus magnificẽtissimus munificus munificẽtissi-
mus maturus maturrimus: Cicero tñ ad Herẽni
uz ĩ ętate ĩqt uelit cõparare maturissima. nupus
nupimus: Plautus Captũ hoĩez nupuz & noui-
ciũ. uetus ueterrimus. A tertia uero excipiũtur
facillimus difficillimus gracillimus humillimus
simillimus dissimillimus. Excipiũtur ẽt q̃ in bris
desinũt: quę ris mutata in er accipiũt rimus: ut
saluber saluberrimus celebris celeberrimus: ue
tus a ueter qd̃ oliz ĩ usu erat ueterrimus facit.
In sim9 quot suplatiua d̃sinũt: duo tm̃ maxim9
& ꝓximus qd̃ uocabulũ dũ ꝓ cognato accipit̃:
significatũ hẽt positĩ. ideoq; a scriptoribus leguz
sępe cõpatĩe ꝓfertur ut ꝓximiores. i. ꝓpinquores
cognati. In timus qd̃ desinũt: unũ dũtaxat ano
maluz optimus: et hęc deriuata ab aduerbiis siue p̃
positionib9: inter ĩterior intimus. ultra ulterior
ultimus. citra citerior citimus. extra exterior ex
timus qd̃ ẽt pro postremo ponitur. Plautus ĩ tru
culento. Bona perdidi mala repperi. factus sum
extimus a uobis. Hęc sunt aduerbiis siue prępo
sitionibus. supra supior suprem9. extra exterior
extremus qa si essent a nominatiuo superius &
exter seruassent regulã. In nimus quot suplati

ua desinunt: unu3 dũtaxat anomalu3 minimus.
In rimus quot superlatiua desinunt: unum auer
bo detero deterior deterrimus. & unu3 anoma
lu3 multũ plus plurimus. pręterea quę scõ3 regu
lá formãtur. Nouissimus licet a nouo superlatiu
um sit tñ propositiuo poĩtur & ultimũ significat
A pene Plautus superlatiuu3 formauit peĩssime
in cistellaria: ita meo consilio puertit penissime
A penitus penitissimus suplatiuu3 format: ut ex
penitissimis edibus. Suplatiua q̃ a pręposítioĩb9
ueniunt ipsa℞ pręposítionũ exigunt casus: ut ar
